



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An pœnitens teneatur reiterare confessionem factam bona fide cum
Confessario ignorante, licet peccaverit Sacerdos, nisi bona fide excusetur?
Et an in casu ignorantiae proprj Parochi possit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Sacram. Pœnitent Ref. XXVIII. &c. 107

xum argumentorum pendere ex ratione peculia-
ri, qua est in Sacramento: quam rationem pon-
deravit Concilium Tridentinum *illo cap. 7.* ad pro-
bandam hanc doctrinam his verbis. Quoniam
igitur natura, & ratio judicij illud exposcit ut sen-
tentia in subditos dumtaxat feratur: persuasum
semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Sy-
nodus hac confirmat, nullius momenti absolutio-
nem eam esse debere, quam Sacerdos in eum pro-
feret, in quem ordinariam, aut subdelegatam non
habet jurisdictionem, &c. In quibus verbis totum
hoc reducitur ad rationem judicij, qua propria est
Iujus Sacramenti, ac non aliorum. Quare sicut ex
eo quod Sacramentum matrimonij includat contra-
tractum humanum, subdit conditions contra-
ctum, atque adeo ejus valor requirit habilitatem
contrahentium, qua tolli aut poni potest ab Ec-
clesia: si hoc Sacramentum, quia judicium quad-
dam est, requirit superioritatem subditos, qui ab
Ecclesia dari vel auferri possunt. Unde verba Christi,
licet univerfalter videantur sonare potestatem,
et tamen ipso, quod datur potestas ad absolvendos
subditos per modum judicij, intelligitur data
respectu subditorum, qui legitimi subditi sint. In
aliis vero Sacramentis que non exercentur per
modum judicij non pendet eorum valor a prohibi-
tione, vel permissione Ecclesiae, quia validè exer-
centur etiam circa non subditos.

17. Petes tamen: quomodo ex verbis Christi
colligat Ecclesia, Sacerdotes non accipere totam
potestatem judicariam expeditam in sua ordina-
tione: posse enim tunc fieri iudicēs absque ulla
dependentia ab Ecclesia in usu valido sue jurisdi-
ctionis; sicut sunt medici ad curandos infirmos
perunctionem absque tali dependentia ab Eccle-
sia. Relfpondet id totum colligi ex ratione judicij:
nam iudex, qui non est merus arbitrus, cuius
sententia non obligat propter auctoritatem judi-
cis, sed propter pactum litigantium, qui promis-
erunt illam observare, debet habere potestatem
obligandi, atque adeo debet esse Superior eorum,
quibus ius dicit, ut possit eos ligare, unde optimè
infertur non posse proferri sententiam nisi in sub-
ditos. Aliunde autem pro certo supponit, non
esse omnes & singulos Christianos subditos sin-
gulorum Sacerdotum ex Christi institutione: hoc
enim perverteret Hierarchicum ordinem, quem
Christus in sua Ecclesia reliquit: in qua voluit
alios esse superiores, alios inferiores: si autem omnes
Sacerdotes ex sua ordinatione haberent omnes
Christianos sibi subditos, jam omnes Sacerdotes
essent iudices supremi, & Principes aequales abs-
que ulla subordinatione, quod est omnino contra-
tum Ecclesiasticum ordinem.

18. Et haec omnia supradicta docet doctus Pater
Joannes de Lugo de *Sacram.* Pœnitent. disp. 5.
fist. 2. num. 16. & seq. Joannes Molanus in Com-
pend. Theol. pract. 1. cap. 1. conclus. 1. numer. 2. &
communiter omnes Theologi & Casuist. Et idem
cavendum est à supradicta sententia Crousers, Un-
de Gregorius XV. in Declaratione 12. super Bul-
lam latam Nonis Februario 1622. qua incipit In-
scriptibili statutio Confessariis non approbatis con-
fessiones factas esse nullas, ut recte observat no-
vissime Zambellus in *Reper. Mor. verb. Confessor.*
quoad auctoritatem, n. 5. & docet etiam novissime
Franciscus Zipeus in *Consultationibus Canonicis,*
lib. 5. tit. de Pœnit. & Remiss. confund. 2.

19. Unde pro Coronide hujus resolutionis non
definiam hic apponere verba P. Thesauri in pract.
de panis, part. 2. verb. *absolutio Sacramentalis.*

cap. 2. ubi sic ait: Amplia hanc conclusionem, ut
procedat, etiam pœnitens bona fide confiteatur
non approbat, seu alieno Sacerdoti sine licentia
competente, vel Sacerdos etiam bona fide illum
audiat & absolvat: nam etiam tunc non perficitur
Sacramentum; quia hac irritatio actus non est
penalis, sed diffinitiva, & ex natura rei, ob defi-
nitum jurisdictionis, sine qua non potest perfici hoc
Sacramentum: ut Tri. l. 7. *eff. 14. de Sacram.*
pœnit. text. in *cap. duod. 54.* de elect. & ibi *Glossa,*
& Doctores communiter in *verb. decepta.* Unde ta-
lis confessio iteranda est habenti jurisdictionem
circa illam. Joannes Andreas in *d. cap. duod.* Ab-
bas ibi n. 20. Navarrus in *cap. placit. de pœnit. dif.*
6. num. 180. qui ponunt exemplum, si quis confi-
teatur Parochio intruso. Hucusque Theaurus: qui
tamen optimè observat Sacerdorem sine approba-
tione absolventem non incurrite aliquam censu-
ram, vel irregularitatem.

^{sup. hoc in}
^{tom. 5. tr. 3.}
^{Ref. 17.}

RESOL. XXVIII.

An qui bona fide confiteatur cum Confessario valde ignorante, tenetur postea confessionem iterare?
Et deducitur, quod quando quis integrè fassus est
peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale,
quoniam enim Confessor simili dubio teneretur, non
est confessio iteranda illius peccati, si postea alter-
ratus doctior factus, aut aliis consulitis, novit id
peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit
irrita? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 120. alias 121.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Vasquez ^{sup. hoc in}
in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 1. m. 2. ^{dubius Ref.}
quia bona fides amplius efficere non potest, quam
excusare à culpa pœnitentem accendentem ad Sa-
cerdotem ignorantem. ^{seqq. & in-}
lib. 2. de pœnit. cap. 14. numer. 5. ubi sic afferit. ^{final. leg. Ref.}
Qui bona fide confiteatur ignoranti, quem postea ^{38. quamvis}
novit rescisse distinguere inter mortalia, & ve-
nialia, non videtur cogendus iterare confessionem,
quia ille potuit, & volunt bene dispositum absolve-
re, quamvis defecerit in prudencia circa medicina-
nam, & satisfactionem imponendam. Ita ille, &
post illum Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10.*
numer. 69. sic afferens. Quando pœnitens integrè ^{sup. hoc in}
fassus est peccatum quod fecit, dubitat tamen ^{Rel. 2. not.}
an effet mortale. Quoniam enim Confessor simili ^{præterita.}
dubio teneretur, non est iterum confessio illius pec-
cati repetenda, si postea alteratus doctior factus, aut ^{lege §. Ex}
aliis consulitis novit id peccatum esse mortale, nisi ^{his. & infra}
^{Ref. 137. post} mecum, à ^{meum, à}
aliunde confessio fuerit irrita, ut quia data opera ^{vers. qui ta-}
quasivit ille Confessorem ignorantem, ac sufficien-
tem ad ejus confessionem excipendam. Sic San-
chez, & ego.

RESOL. XXIX.

An pœnitens reiterare confessionem faltam bona fide cum Confessario ignorantem, licet peccaverit Sacerdos, nisi bona fide excusetur?
Et an, in casu ignorantie proprii Parochi, possit
pœnitens confiteri alteri Sacerdoti absque licen-
tia proprii Parochi? Ex part. 4. tract. 4. & Mis-
Ref. 201.

§. 1. **N**egativè respondeo, quia dicta confessio ^{sup. hoc in}
non fuit invalida, & nulla, cum actus ^{Ref. præteri-}
pœnitent.

ta, & in Réf. pénitentis cogniti, ut peccata, sunt materia sufficiens absolutionis. Ergo absolution supra illam carenter validam, licet peccaverit Sacerdos (nisi bona fide excusat) quia causa insufficienter cognita tulerit sententiam absolutionis. Et ita docet Gabriel

in 4. distin. 17. art. 2. quest. 8. Petrus Sotus *lect. 6. de confessione.* Aegidius Coninch, Suarez, & alii, quos citat, & sequitur Gaspar Hurtado *de Sacram.* *disp. 10. de penit. diff. 15.* quibus ego addo Franciscum Sylvium *in 3. part. D. Thom. qu. 8. art. 5.* queritur 7. unde dictam confessionem non esse repetendam docet Marcerus *de Sacram. in 3. part. D. Thom. quest. 9. art. 1.* quod ego alibi etiam docui *in 3. part. tract. 4. resol. 12.* Verum ego ibi pro contraria sententia adduxi Valquez, cui nunc addo Horobonum *in consult. casuum conscient. volum. 2. pari. 5. respons. 36.* Turrianum *de penit. disp. 25. dub. 2.* Victoria *in summa de confessione. num. 168.* & alios, quia in tali casu absolution fertur a judeice, causa insufficienter cognita. Ergo, &c. unde utramque opinionem probabilem esse existimo.

Sup. hoc in Réf. 1. post seq. & in tom. 1. tr. 1. ex Réf. 39. §. Sexus caus.

2. Non desinam etiam hic obiter adnotare in casu ignorantiae proprii Parochi permitte pénitentibus confiteri alieno Sacerdoti absque licentia proprii, ex cap. placuit 9. quest. 2. de penit. dist. 6. Ita Valquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 2. dub. 3.* Navarrus, & Medina, quos citat, & sequitur Hurtado *ubi supra difficult. 11.* quod intelligendum est, quando Parochus est adeo ignorantius confessio illi facta si nulla, aut illicita, ratione ignorantiae ipsius, secundum posteriorem opinionem, quam *supra possumus*, & etiam intelligitur quando non est alius Sacerdos, qui ex privilegio, aut alter habeat jurisdictionem delegatam.

Sup. hoc in Réf. 1. post seq. §. 1. prope finem vers. Alij addant.

3. Verum his non obstantibus Sotus *in 4. dist. 18. q. 4. art. 2.* & Canis Bellet *de penit. punet. 5.* docent in tali casu non permitte pénitentibus confiteri alieno Confessori absque licentia proprii; sed nostra opinio est probabilior. Vide Hurtadum *loco citato.*

R E S O L . XXX.

An confessio facta Sacerdoti ignorantiae ea, qua communiter scire tenetur, sit invalida, & iteranda, & peccet talis Sacerdos illud Sacramentum ministrans?

Et an si pénitentis confiteatur Sacerdoti sic ignorantiae, ejus ignorantiam advertens, peccet mortaliter?

*Et infertur, quod quamvis pénitentis confiteatur aliquod peccatum ut veniale, quod verè sit mortale, non tenetur postea pénitentis iterum confiteri tale peccatum, quia non est de necessitate & valore ejus Sacramenti, ut Sacerdos & pénitentis cognoscant totam gravitatem culpa. Tum quia quando Confessarius seit discernere in communib[us] peccatis, an sini mortalia, ne[n]e, quamvis aliqua minus communia ignoret, & apprehendat ut venialis, cum sint mortalia, non est lecypulus injiciendus in pénitentem, ut teneatur hæc iterum confiteri, quia alias sequeretur quoties Sacerdos non intellexisset circumstantias mutare speciem, etiam pénitentis illa sufficienter declararet, postea cognita ignorantia Confessarij a pénitente, teneri iterum ea confiteri, quod onerosam nimis redderet confessionem. Et hæc omnia docet Valerus *ubi supra num. 4. ex Cordubam, & Victoria.**

Sup. hoc in §. 1. E sse invalidam docet Richardus, Sylvanus *in Réf. 32.* Caietanus, & Navarrus, quos citat, & sequitur Boissius *in Jubil. scđt. 3. cas. 2. §. 5. num. 168.* quibus ego addo Petrum Ochagaviam *de Sacram.* *tract. 2. dub. 2.* Valquez *in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 3. dub. 2.* & ratio est, quia ad aetum judiciale, qualis est confessio, requiritur cognitione causa ex parte Confessoris, alias judicium inane erit, nam in tali casu absolution daretur a judeice causa insufficienter cognita; & Sacerdos ita ignorans in audiendis confessionibus ita se habet, ac si

ille peccata non perciperet ob surditatem, somnum, &c. ergo. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existime, quam tuerit Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 7. de ministro sacrament. Pénit. dub. 9. num. 66. Hurtado *de Sacram. disput. 10. de penit. difficult. 15.* Henriquez lib. 2. cap. 14. §. 5. Mercurius *in 3. part. D. Thom. de Sacram. quest. 9. art. 1.* Sylvius in addit. ad 3. part. quest. 8. art. 5. queritur 7. Didacus Nugnus *ibidem dub. 4.* Suarez in 3. part. tom. 4. dist. 22. scđt. 6. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 254. & Villalobos *in summa. tom. 1. tract. 9. difficult. 68. n. 7.* ubi sic ait. [Aviendo protestad de orden y jurisdicion, aunque faltasse ciencia al Sacerdote (aunque pecaría administrando el Sacramento) sería valido lo que hiciesse, porque aquí ay materia, forma, y ministerio con devida ni encion, lo qual basta para hazer verdadero Sacramento.] Sic ille, & ante illum Joan. Valerus in 2. Victoria *in summa de confessione. num. 168.* & alios, quia in tali casu absolution fertur a judeice, causa insufficienter cognita. Ergo, &c. unde utramque opinionem probabilem esse existimo.

Sup. hoc in Réf. 1. post seq. §. 1. prope finem vers. Alij addant.

2. Non desinam etiam hic obiter adnotare in casu ignorantiae proprii Parochi permitte pénitentibus confiteri alieno Sacerdoti absque licentia proprii, ex cap. placuit 9. quest. 2. de penit. dist. 6. Ita Valquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 2. dub. 3.* Navarrus, & Medina, quos citat, & sequitur Hurtado *ubi supra difficult. 11.* quod intelligendum est, quando Parochus est adeo ignorantius confessio illi facta si nulla, aut illicita, ratione ignorantiae ipsius, secundum posteriorem opinionem, quam *supra possumus*, & etiam intelligitur quando non est alius Sacerdos, qui ex privilegio, aut alter habeat jurisdictionem delegatam.

Sup. hoc in Réf. 1. post seq. §. 1. prope finem vers. Alij addant.

3. Notandum est tamen quod si pénitentis confiteatur Sacerdoti sic ignorantiae, ejus ignorantiam advertens, peccavit mortaliter, ac proinde quantum est ex parte ipsius confessio, fieri nulla defectu doloris & integratis confessionis, & in hoc casu sequenda erit prima sententia.

4. Ex his à fortiori infertur, quod quamvis pénitentis confiteatur aliquod peccatum ut veniale, quod verè est mortale, non tenetur postea pénitentis iterum confiteri tale peccatum, quia non est de necessitate & valore ejus Sacramenti, ut Sacerdos & pénitentis cognoscant totam gravitatem culpa. Tum quia quando Confessarius seit discernere in communib[us] peccatis, an sini mortalia, ne[n]e, quamvis aliqua minus communia ignoret, & apprehendat ut venialis, cum sint mortalia, non est lecypulus injiciendus in pénitentem, ut teneatur hæc iterum confiteri, quia alias sequeretur quoties Sacerdos non intellexisset circumstantias mutare speciem, etiam pénitentis illa sufficienter declararet, postea cognita ignorantia Confessarij a pénitente, teneri iterum ea confiteri, quod onerosam nimis redderet confessionem. Et hæc omnia docet Valerus *ubi supra num. 4. ex Cordubam, & Victoria.*

5. Dicendum est igitur absolute, quod confessio non est invalida propter solum defectum scientie Sacerdotis, modo catena adfinis, quia licet Confessarius sit ignorans, si tamen sit approbatus, & habeat jurisdictionem, adsum materiam, formam, & Minister cum intentione; ergo si pénitentis agit bona fide, & sufficienter dispositus accedit, Sacramentum valebit. Deinde si ejusmodi absolveret in articulo mortis, absolution tenet: ergo & extra illam, quia casus necessitatis non facit, ut quod alioquin est natura sua invalidum, sit propter eam validum. Neque est simile de Confessario, vel qui non sciret idioma pénitentis, vel dormiret eo confidente,